ad conſumpt. 3. partis. In expreſſ. infund. paſſ. minor. exacinat. ℔. ß. dec. ad mollitiem & condiantur cum ſyr. roſ. ſol. ℥vi. M.

Cochl. 1. per horam ante cœnam, valdè commendabat fælicem operationem. Cum eas abſumpſiſſet, & alibi à Pharmacopæis aut Medicis, alię communicatæ, ſed in operatione minùs efficaces, exin me non ſemel per literas compellavit, ut meo more præparatas transmitterem, ob præſtantiorem effectum. Etſi aliorum paſſulæ, quoad ingredientia fortaſſis haud multum differentes, tamen in proportione & aliorum permiſtione poteſt eſſe non parva diſcrepantia. Exin tanta in operatione diverſitas, ego ipſe in corpore meo benignè evacuando, feliciter ſum illas expertus.

OBSERVAT. II.

Pruna laxativa mirè laudata.

IN alui obſtructione à quacunque causâ, etiam à Thermis concitatâ, pruna laxat. 3. 4. antè cœnam exh.

℞. Fol. ſen. ſ. ſ. ℥2. cinnam. zing. a. ℈ij. aq. End. vini albi a. ℥7. *infund. hor. 10. bull. ad conſumpt. 3. part.* In expreſſ. Prun. Ungar. enucl. 12. dec. ad ſyr. conſiſt. cum ſacch. ℥2. ad ſyr. roſ. ſol ℥2ß. aq. cinnam. ℥iij.

Cum iſta Pruna lax. olim ordinaſſem pro Uxore Dn. M. Nicodemi Sitzlini Eccleſiaſtæ Ulm. in thermis Bollenſibus commoranti, & fortè contigiſſet, ut alia fæmina ibidem adeò conſtipata, ut variis medicamentis aſſumptis, aluus commoveri non potuerit, etiam ab *illius* loci *Medico ordinatis.* Cum autem prædicta Matrona, de meis prunis 4. communicaſſet, iis uſurpatis, larga evacuatio ſecuta, & illa pruna paſſim adeò decantata, ut Medicus illius loci ordinarius, M. Sitzlinum obteſtatus, tantum favoris præſtaret, in communicandâ deſcriptione.

De Vermibus.

OBSERVAT. I.

Tormina exiſtimata à vermibus cauſata.

QUidam Juvenis in oppido Iſnenſi ingenti ventris dolore exagitatus, in domo diſcurrens, ubi quieſceret neſcius, ratus eſſe tormina, ordinavi.

℞. Herb. hyſſ. m. ß. abſ. card. ben. chamæd. agrim. fl. chamo. a. p. j. fol. ſen.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134749-p0180-0

ſen. ſ. ſ. ℥vi. Turb. al. gumm. Mech. al. a. ℥iß. troch. alhand. ʒß. f. Nod. pro Menſ. ß. hydromel.

Vermibus oblongis excretis, convaluit.

OBSERVAT. II

Quædam Virgo Ulm. per aliquot menſes conqueſta de torminibus ac roſionibus ventris, & contabeſcentiâ, aliorum conſiliis fruſtraneis.

℞. Dict. al. angel. Genti. a. ʒiij. herb. abſ. rom. card. ben. cent. min. ſcord. a. m. j. fol. ſen. ſ. ſ. ℥j. agar. tro. ʒiij. Rhab. El. ſem. ſanton. a. ʒij. f. ſac. pro Menſ. hydromel. alternis diebus ℔. ß. ſumpſit.

Vermes oblongi rejecti & reſtituta.

OBSERVAT. III.

Virgo quædam Ulm. vermibus infeſtata.

℞. Corallinæ ℈4. R. dict. al. ʒß. ſem. cinæ, Rhab. a. ℈j. f. p. pro 3. vicibus. cum hydromel.

Lerna vermium expulſa.

OBSERVAT. IV.

Puella triennis pro colicâ à Medico temerè tractata.

Filiola triennis Mercatoris Ulm. ultra ſemeſtre quaſi torminibus infeſtata, cum ejulationibus & ipſorum etiam Parentum lamentationibus, alterius tum Senioris Medici opera fruſtranea, qui illam pro colicâ in caſſum curaret: ego conſultus ſcopo in vermes directo, ordinavi.

℞. Caſſ. cum aq. acet. extr. ʒß. Rhab. el. & pul. ℈j. f. B. cum ſumere nollet, fuit diſſol. in decocto prunorum quaſi infinitis verm. aſcaridibus rejectis, à tantâ moleſtiâ liberata.

Alterâ vice idem exh. ſed addito. ℈ß. corallinæ.

OBSERVAT. V.

Pro Generoſo puello à Weltz/ 6. annorum.

℞. El. de Tamarind. cum fol. ſen. ʒiij. magiſt. Jalap. gr. vi. M.

Liber ab aſcaridibus evaſit. Ad præſervandum *plurimùm* contulêre rotulæ contra vermes Auguſtan. ex fol. ſen.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134749-p0181-6

OBSERVAT. VI.

PRo Infante quadrienni: Rhab. El. corallina. a. ℈j. ſem. ſanton.℈ß. f. p. cum lacte exh. Copia vermium propulſata.

OBSERVAT. VII.

FIliolæ quinquenni Dn. J Arnoldi Theologi Moravi apud nos exulantis, de ventris moleſtiâ conquerenti, præſcripſi paſſul. ma. laxat. Auguſtan. ℥ß. vel ℥v. cum cochl. 2. brod. earum. vermes oblongi excluſi. Idem in multis aliis à me obſervatum.

De fluxu Alui.

OBSERVAT. I.

VXor Dn. M. Petri Huberi, Eccleſiaſtæ Ulm. in ſummo templo diarrhæâ aquoſâ moleſtata, cum admiratione aliquot menſuræ excretæ, conjectura tantam copiam contentam in locis *meſenterii, & per affluxum* à toto venoſo genere, prodiiſſe.

℞. Rhab. ℈ij. ſyr. roſ. ſol. ℥ß. aq. cich. ℥j. M.

Pro ventre inung.

℞. Ol. maſt. ment. *abſint.* a. ʒiij. *Nuſ. muſ. expreſſ.* ℈j. *M.*

℞. *Syr.* corall. Granat. Miv. cyd. a. ℥j. M. cum dec. ſem. cor. præp.

Optimè contulerunt.

OBSERVAT. II.

UXor Dn. Jacobi Schielini, Pharmacopæi Ulm. in puerperio vomitu & diarrhæâ bilioſâ, cum lipothymiâ crebriore, graviter decumbens, ut maritus lachrymarum plenus me obteſtatus, quò ſubvenirem pro viribus humanis, cum res in ancipiti.

Ilicò obtuli Bezo. ori. gr. vi. cum ℥j. aq. meliſſ. & remiſſiora ſymptomata. Cum deſideraret potum ob ſitim ingentem.

℞. Syr. granat. Mivæ cydon. an, ℥iß. M. cum aq. font. contemper.

Et refocillata.

OBSERVAT. III.

DN. Epiſcopus Mercator Ulm. cum Uxore lienteria gravi laborantes ambo brevî liberati. Rhab. pul. ℈ij. cum vino abſ. exh.

OBSER-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134749-p0182-2